This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Herrmanni Commentatio de Undecima Odysseae Rhapsodia, 1833

Gh63
845

Gh 63.845

VE RI TAS

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Bd

~~Cl. 15 7~~

Gh 63.845

VE RI TAS

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Bk

~~Cl. 15 ...~~

Gh63.845

Trans. from
D. S.
June, 1881.

COMMENTATIO
DE
UNDECIMA ODYSSEAE RHAPSODIA.

Gh63.845

Trans. from
D. S.
June, 1881.

COMMENTATIO
DE
UNDECIMA ODYSSEAE RHAPSODIA.

Si quis post novissima de carminibus Homericis judicia etiamnunc singulas in universo partium concentu discrepantias indicare atque interpretari conatus fuerit, hic non tam id egisse videbitur, ut divini vatis integritatem in periculum vocaret, quam ut periclitantem defenderet atque communiret. Quod enim studium paucis abhinc annis quasi ὁμηρομαστίγων fuisset, id jam λυτικῶν, ut ita dicam, factum est: siquidem interpolatione ita concessa ut absoluta carmina addititiis partibus adaucta, non augendis conglutinandisque partibus universa coaluisse videantur, quidquid notabitur, id ad integritatem vindicandam potius, quam derogandam valere dixeris. Quare quamvis Hermannus, quum nuperrime de interpolationibus Homeri dissereret [1]), Iliadis quasdam partes male inter se congruas et quae a prima quadam conformitate abhorreant, sagacissime investigaverit [2]), minus tamen rem ad finem perduxisse, quam eam novam dubitationem intulisse putandus est: uniusne poëtae, animi ferore capti materiaeque copia oppressi, an doctorum potius virorum, in ordine quodam exigendo acriter et unice occupatorum sit, quam seriem facillime tueri poterant, eam inserendo, variando et quasi luxuriando deserere, exceptam vero paulo immutare, quid? explendam auditoribus relinquere. Cujus rei in no-

1) De interpolationibus Homeri dissert. etc. scripta a God. Hermanno. Lipsiae MDCCCXXXII.

2) cf. l. c. pag. 9 sqq. ubi ab Iliadis libro XI usque ad XVI quantis intercapedinibus singulae fabulae laceratae sibi ipsis non respondeant exponitur, ut Machaon saucius idemque integer, Achilles novi cupiditate flagrans, a Patroclo serius redeunte nihil edoctus appareat.

stris literis innumera exempla sunt [3]). Homerum vero, si alterum carmen mira quadam aequabilitate conformaverit, in altero etiam, quod ejusdem fere temporis, ejusdemque ingenii, quamquam uberiore rerum copia multo difficilioris compositionis erat, haud alium diversumque prodiisse nec alia norma dijudicandum esse, quis est, qui dubitet? Atqui tanta et tam praeclara studia in Odysseae, quam dixi, conformitatem et explicandam et depingendam collata sunt, ut fere nomina attulisse sufficiat, ubi propter limitum angustias in rem ipsam explicatius inquirere non licet. Inter quae cujus merita maxime inclaruere G. G. Nitzschius ut in praefatione II Odysseae explicatae volumini adspersa de hujus carminis et fine et dispositione ingeniosissime judicavit, ita qualis origo putanda sit, conjiciendo in eum modum assequutus est, ut ab omni fere parte dubitantibus occurreret [4]). Quamquam enim veterrima quaedam de rebus circa Trojam gestis carmina suppeditaverint, haec tamen ita a poëta in usum suum conversa esse dicit ut plane novum et peculiare artificium ex ejus ingenio atque cura effloruerit [5]). Verum recolenti mihi saepenumero divinos illos spiritus, hoc adjiciendum videbatur, quamquam quodammodo attemperatum, quod olim in disputatiuncula Otterndorfii conscripta attigeram, veterum illorum carminum, sive propter sanctitatem ab Homero minus commutata sint, sive hominum cognitione atque studio extorqueri non potuerint, tam aperta deprehendi vestigia, ut cum toto descriptionis colore, tum singulis quibusdam indiciis a propria poëtae compositione magnam partem dignosci queant [6]). Latere autem illas antiquitatis reliquias cummaxime in Nestoris atque Menelai de Graecorum reditu narrationibus atque in Alcinoi, quem dicunt, apologo, simpliciori illis et sentiendi et dicendi more insignitis, prodere peculiarem inventorem tum quidquid ad Telemachum spectat, utpote quod per se nihil sit, sed nexu tantum cum ceteris contineatur, tum *μνηστηροφονίαν*, quae olim cantata, ut diligentiorem poëtae ornatum sapit, ita ornanti multo erat aptior, quam errores per antiquum cantum arctis fini-

3) Memento ut unum afferam excellentissimae tragoediae, quam Don Carlos Schillerus inscripsit, ab initio atque ab exitu parum sibi respondentis, ut ipse auctor confessus est in epistolis huic operi tributis cf. scripta minora I, pag. 164 sqq.

4) l. c. pag. XXXII totum Odysseae argumentum id esse legimus, quod per se ad unum quoddam consilium dramatica ratione redeat. Id neminem unquam praeteriisse nec ipsum Wolfium. Cf. quae sequuntur, ejusdem auctoris dissert. de Aristotele contra Wolfianos pag. 63 sqq. et quaest. Homeric. spec. I. pag. 19 sqq.

5) praef. laud. pag. XXV. de Arist. c. Wolf. pag. 14. 15. cf. O. Mueller prol. myth. p. 348 sqq.

6) de IV Odyss. libri v. 620 — 624., commissurae suspectis etc. pag. 22 sqq.

bus cohibiti. Quod quum ab eorum sententia plurimum differat, qui ex veterum carminum fragmentis sensim totam Odysseam conflatam esse censent, tamen non ideo reposui, ut hoc loco latius persequerer, sed significandum erat, quo, quod de undecimo Odysseae libro conjecturus essem, referretur. Haud enim scio, an in illa rhapsodia multa sint, quibus qualis fuerit poëtae labor, qualis interpolatio, qualis denique universi cantus Homerici ratio, probabili conjectura augurari liceat.

Jam vero spectant quae illius libri sub νεκυίας titulo divenditi et miratione et examen excitant, partim ad universae sylvae, qua cum reliquo carmine cohaeret, dispositionem, partim ad singularum rerum, quae describuntur, rationem, partim denique ad magnum et versuum et verborum numerum, quae ab aliis improbata, ab aliis addubitata deprehendimus. Ulixes, Circae suasu, Tiresiam de reditu rogatum ad inferos demissus, nave appulsa atque sacris factis Elpenori precanti exsequias sposponderat et post longum cum Tiresia et matre colloquium, bibendi copia facta, quae gladio cohibitae adstiterant, mulierum umbris aures praebuerat de se praedicantibus, quo relato quum narrandi fines facturus est, ab Alcinoo de commilitonibus rogante ad continuandum invitatus, quos Trojani belli heroes apud inferos sermonibus exceperit, quos praeterea priscorum temporum tum celebratos tum punitos homines conspexerit, quem denique ad modum timore Medusaei capitis correptus ad navem redux factus sit, recenset. Quae quidem omnia quamquam integro ordine procedunt, tamen habent quo offendant. Quis enim est, qui non miratus sit, quod Ulixes nocte ingruente narrationi ad dimidium fere promotae ita finem imponat, ut non tam de continuando, quam de se in patriam dimittendo moneat. Nam vix exspectari posse dicas, quod, donec ad hospitalem Phaeacum terram pervenerit, de narrantis superest erroribus, quum ita peroret:

πομπὴ δὲ θεοῖς, ὑμῖν τε, μελήσει (v. 331.)

et Alcinous precibus id assequi studeat, ut ad sequentem diem maneat (v. 349 sq.). At vero νόστον πολυκηδέα [7]) se relaturum pollicitus erat, ut media quasi re subsistere in animo non esset. Num scilicet Phaeaces audientes satis sibi habuissent, si tum Tiresiae vaticinio, tum inopi Ulixis apud se adventu summa quidem nobilissimorum fatorum cupiditas excitata, quid post inferos aditos accidisset, quibus novam errorum quasi materiem praeformatam intelligerent, haud adjectum esset? Non minus tamen in eo haeseris, quod, si qua ad nova redeundi conamina accincto

7) Cf. Od. IX, 39.

narrationis intercapedo facienda erat, ea non Tartaro relicto sed audacem adhuc capiente inferatur. Quod quum audientium animos non bene suspensos relinquere videtur, tum mori Homerico repugnat, qui vel levissimas humillimorum hominum actiones quoties repetuntur accurata descriptione ad finem quendam perducere consuevit. Quam ob rem ut omittendum videretur, quidquid est de Agamemnone, de Achille et reliquis Tartari principibus, tamen quomodo ipse Ulixes conscensa navi locis caliginosis abiisset, id quod in ultimis libri versibus adjungitur, priusquam tota narratio rescinderetur, protinus dicendum fuisse putaremus. Verum enimvero hoc ipsum minus haberet offensionis, nisi continua umbrarum series ibi potissimum incideretur, ubi minime omnino exspectares. Nam quoniam natura fert ut quae quis brevius absolvere conetur, ea rerum quasi capitibus comprehensa insigniret, quin miremur, facere non possumus, quum puchrarum feminarum longiorem recensum Ulixes persequatur, quod vero audire ex inferorum spectatore eoque de Trojanis pugnis reduce cum omnium Graecorum tum Phaecum multo plurimum intererat, celeberrimorum, inquam, Orci incolarum et heroum ad Scamandrum peremtorum sortes, nullo verbo ne significare quidem, a narrando destiturus in animo habuisse videatur. Nam tum demum animum ad eas res, quas nullo modo plane omissurus fuisse putandus est, advertit, quum ab Alcinoo commonefactus casuum suorum filum quasi rescissum iterum adtexere coactus est [8]). Quae omnia si quis ad diasceuastarum operam revocare voluerit, aut accepisse illos a poëta traditam, de qua agitur, interloquutionem, aut finxisse quod ad digerendam narrationis copiam et ad unius diei fines exigendam necessarium videretur, existimabit. Quorum prius si maluerit, nihil ab iis mutatum esse, fatebitur, ut qui ordinem rebus constitutum circumscriptumque invenissent, sin alterum probabitur, quidni convenientius sive post totam νεκυίαν sive post eam inciderint, eum nec ulla necessitate coacti essent nec aliud quid spectarent, quam ordinis et structuram et aequabilitatem, quaerendum erit [9]).

8) cf. Od. XI, 369 et 377 sqq.

9) Constat hanc Ulixis et Phaeacum interloquutionem etiam aliis difficultatibus laborare, quae quum non tam ex suae rhapsodiae ratione quam octavae obveniant, hic obiter attingere licet. Positae autem sunt in Aretae donorum petitione, quum jam larga cista repleta atque praeparata sit, cf. VIII, 417 — 42., in subtiliore et inutili tamen studio apologi longitudinem ad unius vesperae fines redigendi, in mira partium inter Aretam, quae prima ab U. invocata erat, atque Alcinoum distributione, quae non minimum ad Welckeri γυναικοκρατίαν tribuerit. De his rebus, quarum ex parte Bernh. Thierschius monuit, v. gravissimum judicem Nitzchium praef. Vol. II. pag.

Plus dubii etiam de rebus accuratius videnti subit. In quibus ut ab un versis ordiamur, quantam Homeri inferi, quales in Odyssea exstant, et repı tandi et conjiciendi ansam praebuerint, quis est qui nesciat? Non dico d Spohnii haesitatione [10]), in alteram νεκυίαν vehementius invecti, qui si novis simae lucis inferorum et mythologicis et topographicis rationibus allatae su perstes factus esset, vicesimo quarto illi Odysseae libro, qui ad undecimi in star conformatus esse videtur, fortasse aliquid favoris restituisset. Missan nunc etiam facio Welckeri opinionem, qui quum totam Odysseam humana vitae atque mortis similitudinem, Phaeaces vero, quibus utraque conjungatur ultimarum rerum personas quasdam faceret, inferorum relatione apud eos ha bita rudioris quasi cum nobiliore religione comparationem indicasse videa tur [11]). Sed attinet quod ingeniosissime O. Muellerus de divinarum rerun cum Ulixis concretione, qualem fabulae pro diversis regionibus experiri sole bant, disputavit. Qui quum Minervae atque Apollinis cultum in Ithacens scena, inferorum deorum cum νεκυομαντείᾳ, Epiro tribuendum, in nostro li bro detexisset [12]), Voelckerus, ulterius progressus, Apollinarem habitum i tota Odysseae adumbratione ita agnovit, ut etiam inferorum aditum et Tiresia vaticinium expiationis instar ad deum illum referenda diceret [13]). Jam ets horum judiciorum bona pars luculentissimis vestigiis innititur, ut Ithacensi Minervae cultus hoc eodem numine a maritimis erroribus fere segregato [14]) Apollinis Theoclymeno vate propter caedem in Ithacam delato ibique vatici

XLVII sqq. qui quum etiam singula esse in hac interloquutione diceret, quae ut in lib. VIII. ejus que certaminum descriptione a solita consuetudine recedere videantur, nescio an Aretam it Phaeaces admonentem putet, ut in medio relinquatur, innotueritne nobilis ille, quem suum di cit, hospes necne, quam ambiguitatem v. 339 χρηΐζοντι et Alcinoi fiducia non admodum honorific indicata v. 362 sqq. saltem non minuunt. Sed v. plura ad finem nostr. disp.

10) In commentatione de extrema Odysseae parte. Cf. Nitzschii praef. Vol. II. pag. LXII. ub non solum auctoris, sed etiam Knightii et B. Thierschii sententia proponitur. De Aristot contra Wolf. pag. 69 sqq.

11) Commentatio est in museo Rhenano a. 1832. vol. 2.

12) v. Prol. myth. pag. 361 sqq. ubi quod docetur quantum interpretibus placuerit intell. e Nitzschii praef. Vol. II. pag. LXII init.

13) v. Seebodii bibl. crit. 1828, 20, 21, pag. 156 sqq. cf. Nitzschii l. c. pag. LXII med.

14) Nitzschius hoc Minervae etiam ex Deorum Homericorum natura, potius tuentium quam in tercedentium atque ex Neptuni auctoritate, ante adventum inter Phaeaces extimescenda inter pretatur. Cf. l. c. pag. XXXIX et XLIV. Sed ubi Iliadis θεομαχίας et constantem de Nep tuno et Minerva certantibus mythum — ad quem Voelckerus totam Iliadem revocavit cf. Seeb bibl. crit. l. c. — respicio, vereor ne in fontibus locisque causa lateat.

nante [15]), occidentalia quaedam inferorum sacra ipsa Eustathii ex veterum interpretum significatione [16]), tamen haec singula omnia etiam priusquam fabulae deliciis et Homeri arte opprimerentur atque delitescerent, universo quodam momento quasi absorpta esse crediderim, quod est fabulae maritimae, itinerum navalium, virtutis callidae, tum potissimum ad Heraclearum, Theseidum etc. instar confictorum, ubi Graecorum audacia, oris legendis superior, etiam undarum ὕγρα κέλευθα peteret earumque pericula et sustineret et miraretur [17]). Mihi igitur elegantissimus ille Herculis et Ulixis in orco occursus eorumque mutua admiratio quasi cardo, in quo summa rerum vertatur, putandus esse videtur [18]). Ceteroquin cum Neptuni auctoritas in hac re conspicua esset, tum ex vaticinio [19]) a Tiresia Ulixi dato intelligitur, quomodo in eas istam terras, ubi incognita fuisset, propagatam esse vetera carmina exhibuerint. Mirum igitur est quod non modo desiderantur post procorum excidium quae ad votum illud conceptum attineant, sed ipsa Tiresiae mandata tam involuta et obscura sunt nec ullam Ulixis mirationem aut percunctationem excitant [20]), ut poëta minus in usum suum ea vertisse sed verteri exemplari inhaesisse videatur.

Jam Voelckerus animadvertit duas easque diversas in Homero deprehendi inferorum descriptiones [21]), alteram quae sub terra eos collocet, alteram quae ad occidentalis plagae fines. Quarum prior quin multo ante exstiterit, vix dubitari potest. Profecta enim ex condendorum sub terra mortuorum sive integri manerent, sive concremati essent more, regionum quarundam terrori-

---

15) Od. 15, 223 sqq. et 20, 350.

16) Eustath. pag. 420. Bas. τινὲς δὲ ἀντόθι καὶ νεκυομαντεῖον ἱστόρησαν, εἰς ὃ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ἀφικέσθαι. κ. τ. λ.

17) Cf. Od. X, 504. ubi Ulixes diserte se primum esse ait, qui nave inferos petierit.

18) Schol. Buttm. Q. aliquid ejusmodi suspicatus est, quum id U. Phaeacibus demonstraturum fuisse diceret, ὅτι τὰ ὅμοια Ἡρακλῆς ὑπέστη εἰς ᾅδου καταβάς κ. τ. λ. cf. ad h. l. Eustath: οὐκ ἀπίθανον Ὀδυσσέα τε καὶ Ἡρακλέα φιλοσοφίας τροφίμους ἄνδρας τὰ αὐτὰ ποιεῖν ἐνεργήματα.

19) Cf. Schol. B. ad v. 121. ἵνα δηλαδὴ τιμηθῇ Ποσειδῶν ἠπειρώταις ἐν τόποις ὅις οὐ φέρεται αὐτοῦ τὸ ὄνομα, Buttm. pag. 360. Video enim in illo votum Neptuno persolvendum, ut qui post longam invidiam regnum suum totum mortalibus concesserit. Inde sequitur, cur vaticinii eventus non intra Odysseae fines recipi debuerit. Nitzschius rem in medio relinquit, respondet tamen Welkero, qui de fugiendo mari cogitavit. Cf. Welcker. Aeschyl. Trilog. p. 464. Nitzsch. l. c. p. LXIII. Spohn. de extrema Odysseae parte pag. 260.

20) Ex qua miratione jam ingeniosum illud Eusthatii profectum est: ὅτι ἐφ' οἷς ἂν μάθοι κακοῖς μὴ ἔχων τι ποιήσειν ἔπποι ἄν κ. τ. λ. p. 426. Caeterum prima illa Ulixis verba (v. 138.) non satis Homerice interpretationem potius declinant quam afferunt.

21) Seeb. bibl. crit. 1828. № 44. pag. 317.

bus, maxime quas Stygis atque Acherontis undae alluunt, in singulis locis defixa ab iisque ad alia, quae similia essent, per colonias translata est [22]). Tum Aegyptia doctrina et Theogoniae artificiis stabilitam et amplificatam [23]), Proserpinae fabula illata ad ingeniosas opiniones eam praeformatam [24]), denique invalescente Graecorum cognitione et judicio in dies exornatam invenimus. Quam sententiam quum in multis Iliadis et Odysseae locis Homerus sequatur, undecimo atque vicesimo quarto hujus libro maritimos inferos, maritimo mortuorum umbris itinere, navi hominibus petendos facit. Et hoc quantumvis mirum, vix aliter fieri potuit. Nam qui satis terroris experiretur et Herculis aliorumque sortes plus aequaret, navalem heroem vetus fama etiam in Tartarum demiserat; sed ut quae non accurate suo quidque loco exhiberet et cum ceteris compararet, inferorum situm paulum curaverat, quid? consulto forsan narrationis tenebris involverat [25]). Longe alia Homeri ratio erat, qui, quidquid perspicuae suae arti subjiciebat, ante oculos ipsos ponere videatur. Quid igitur mirum quod occidentalium finium fabulosa et parum cognita deserta, undas et Cimmerios, Italicam denique νεκρομαντείαν in auxilium vocaverit [26])? Quae omnia quamquam plana sunt, tamen nova dubitatio accedit. Unde enim factum est, ut novam novorum inferorum scenam constituenti rerum, quae sibi non respondeant tanta copia subrepserit [27])? Habes Cimmerios viventes defunctorum generibus contiguos, habes Stygem ad maris litus collocatam, quae fere in umbilico terrae est, habes in eodem litore arbores, quas fluminum esse constat, Elpenorem insepultum errantem querentemque, tamen loco ab umbris non sejunctum, Orcum altis portis obclusum et cum domo constantissime collatum, videndi integram facultatem ultra Solis radios et in ἐρεμνοῖς regionibus. Quid? quod ab extrema ora omnia cerni possunt, quae tum rerum natura longinqua sint et in maxima spatia pateant, tum prope

22) O. Mueller prol. myth. p. 364.

23) Cf. Hesiod. Theog. v. 721 spp.

24) Cf. Kreuzer symb. exc. vol. 3, pag. 727 sqq.

25) Veri enim simile est, imagines, quibus inferos illos exornassent, ex Heracleis, Theseidibus aliisque veterioribus carminibus transductas fuisse.

26) Jam Muellerus totam illam Homeri inferorum descriptionem mera inventione contineri dicit. prol. myth. p. 362. Quae quidem quam bene per totum carmen servata sit non solum ex altera νεκυίᾳ, rhaps. XXIV sed etiam ex Anticleae de inferorum longinquitate doctrina sequitur v. v. 155 sqq.

27) Animadvertit jam Eustathius: ὅτι συχνὰ ὁ ποιητὴς ἀπορεῖ περὶ τῆς εἰς ᾅδην καθόδου τοῦ Ὀδυσσέως διὰ τὸ ἄγαν μυθώδες κ. τ. λ. quod deinceps exemplis demonstrare studet. pag. 421.

medium Tartarum ad Proserpinae et Plutonis sedem cogitari debeant, tum denique densissima illa umbrarum copia, qua litus opertum est, oculis invideantur. Huc referenda Orionis venatio, Minois judicium, Thesei vincula, Sisyphi et Tantali labores et alia quae omnia deinceps perlustrare longius procedentis examinantisque videantur [28]).

Verum etiam in mortuorum ipsorum conditione sunt quae offendant, quamquam superfluum existimabitur post doctissimam Voelckeri explicationem de vocibus illis ad hunc finem gravissimis εἴδωλον et ψυχή disserere. At eam suspicionem non possum quin mihi motam confitear, occurrere in earum umbrarum descriptione, quae arctiore nexu cum Odysseae fabula cohaerent, paulo diversam a ceteris descriptionem. Sisyphus, Tantalus, Orion, Minos, Hercules, quales tum laboribus, tum operibus alii aliter occupati exhibentur, non sine corporea quadam firmitate cogitari possunt nec collocuturi cum Ulixe sanguinis potu indigent, contra Anticlea, Agamemnon, Achilles — Elpenoris enim modo defuncti et Teresiae divino munere donati alia, ut constat, ratio est — nec externo ornatu aucti nec in quaquam actione occupati nec sine potu ad cognoscendum loquendumque idonei apparent. Illi fere non habent cur lucem desiderent et quasi in orcum transtulerunt, quod rerum suarum rogo impositarum servaverunt, quid? nihil philosophico, ut ita dicam, judicio accommodatum, nisi poenas impietati tuendas easque singulas et quae posteriorum temporum copiae nihil respondeant, prae se ferunt, hi diligentius a vitae conditione segregati, in tristitiam demersi, ab omni parte ad puriorem rerum ultimarum opinionem depicti. Illi maxime a veteribus criticis impugnati, qui totum locum extrinsecus allatum notant [29]), hi nunquam sede sua celebri turbati. Antiquam quandam descriptionem puto, sive ea rudior, sive negligentior fuerit, in altera parte servatam, in altera scitius et diligentius ab Homero expositam esse. In Hercule vero, nisi forte supposititium est, id ei deberi videtur, quod de deorum epulis exstat, ita ut veterrimam fabulam, quae Herculem etiam ad inferos detulerat, suae aetatis opinione poëta corrigeret et miram inde ambiguitatis ansam praeberet. Quod denique Ulixes, quum amplexui mater elaberetur, εἴδωλον a Proserpina sibi excitatum credit, ubi sciret se apud animas versari, quae sanguine tantum hausto resipiscerent, haud scio an hoc totum potius stupentis, dolore in oblivionem de-

28) Cf. de his rebus scholiastarum mirationem ad 385 Vulg. 570. Q. 577. Q. 593. Q. 624. Q. Buttm.

29) v. Schol. Harlej. ad v. 568 et infra.

trusi quam inter ψυχήν et εἴδωλον distinguentis sit, praesertim quum ita ab Anticlea dedoceatur, ut eam omnium animarum conditionem esse certior fiat [30]).

Faciendum vero est ut de singulis videamus, in iisque primum de Tiresiae vaticinio. Praeterquam enim quod ultimam ejus partem et miram et extra Odysseae fines porrectam cognovimus, etiam in ea non mediocriter haerebimus, quae in fabula heroisque sortibus occupata, tamen nihil aliud contineat, quam quod Circae admonitionibus vel accuratius praesagitum [31]) et Anticleae relatione [32]) descriptum habemus, ut dubitatio nobis oboriatur, cur tandem Ulixes magno suo et sociorum terrore ad inferos adlegatus fuerit. Quid? quod ille ex Anticlea quaerit, de quibus jam certior factus erat a Tiresia cf. v. 178. Quid? in reditus praesagio fere eorum verborum echo audiatur, quibus cyclops occaecatus utitur cf. lib. IX, v. 536 et Circe XII, 137 sqq.; quibus omnibus disertam quandam non modo delineationem sed etiam verborum formulam ex antiquitate acceptam subesse non immerito suspiceris. Nam mythicam illam consuetudinem, qua altiora quaedam sive divina, sive humana cum plurimis antiquitatis fabulis subjiciuntur, tum in sacris apud inferos ab Ulixe factis latere a summis viris effectum est, Homerum, narrationis ordinem simpliciter nec non convenienter persequentem, praeteriisse inter omnes constat [33]). Si quis vero inutile illud ad inferos deverticulum ita excusare velit, ut quod ex ea cognitionis redundaverit, loquacitate tantum, quam dicunt, Homerica cum nymphae Aeaeae et defunctae matris sermonibus communicatum esse ponat, ex eo jure quaerere mihi videbor, quid furturi vaticinatio ad certae cujusdam viae cupiditatem spectet [34]), quo maxime tempore oraculorum consulendorum solennis non jam esset usus, quid vero etiam in pericula inaudita vocandus fuerit, quem a benevolentissimo deinceps numine, Minervam dico, et multo accuratior institutio et praesidium haneret. Ex quo elucet aut dormitasse bonum Homerum, id quod propter reliquam hujus partis concinnitatem non habet qui defendat, aut aliena auctoritate ita constrictum fuisse, quae non satis accurate praeiverit, ut ipse minus accurate sequi videatur.

Addo nunc propter argumenti difficultatem quod ab ordinis impedimento jam supra attuli. Totus enim ille feminarum, quem dicunt, catalogus a multis

30) v. Od. XI, 212 et 215 sqq.
31) v. Od. XII, 37 sqq.
32) v. Od. XI, 179 sqq.
33) Cf. inter alios Hermann. mythol. I, p. 283. Herm. epist. ad Kreuz. pag. 80 sqq.
34) Memento Circae verborum 10, 539 et 40., quibus ὑδὸν, μέτρα κελεύθου et νόστον ex Tiresia quaerenda suaserat. Cf. XIII, 383. ubi Ulixes vaticinii fere oblitus esse videtur.

partibus dubio obnoxius mihi esse videtur. Longum est repetere quod in loco displicuit, nec quemquam fore putaverim, qui suarum rerum eventu enarrato Ulixem prae heroum Troicorum sortibus atque nobilissimorum virorum et habitu et poenis muliercularum infinitam cum nepotibus seriem decantasse quid? in ejus exitu narrandi finem facere voluisse sibi persuadeat. Nihil praeter morem quendam, qui Homericae aetatis non est, ejusmodi recensui commode subjiciamus. Num credendum, Ulixem ipsum cum celeberrima Sisyphi, Tantali aliorumque et fata et tormenta videret, mulierum sermocinationi sui copiam fecisse audientiumque animos qua fit prolixitate advertisse? Cujusmodi quid si placeret, quanto rerum naturae erat convenientius ἀρίστους potius ipsos, ut qui et factis et progenie inclaruissent, quam ἀρίστων ἀλόχους audiri? At et ipsae memoriae erant proditae. Non tamen secus, quam ut avorum gloriae quasi adspergerentur, qui ubi vetus memoria sive colloquio sive cantu recolitur, Homericorum heroum animos fere implent atque delectant. At ab venustatis praestantia maxime commendabantur, qua, quae in catalogo recensentur, non sane erant minima, ut fere deorum vel summorum hominum amorem excitassent. Non repugnarem magnum quiddam et lacrymabile in hoc pulchritudinis et divini splendoris cum inferorum tenebris atque tristitia compositione inesse, si in posteriorum temporum vel nostrorum opere versarer, in Homero autem plus inde suspicionis subit, ad formulam quandam more alieno constitutam hos versus redactos esse, qui a simplici naturae imitatione admodum recederet: quandoquidem corpus quoddam cum reliqua descriptione non commode consociatum deprehendimus. Si Eustathii [35]) delicatioris elegantiam sequeremur, qui Ulixem, ut unum afferam, de Phoebi bubus ideo monentem facit, ne tota sua calamitate ad Neptuni iram revocata, qui Alcinoi avus esset, hujus voluntati officiat, feminarum partes, mirifice adauctas, ex officioso Aretae, patronae, blandiendi studio profectas esse ponere liceret. Quod quam parum sit Homericum in eo maxime, qui semper ad regem, πάντων αριδείκετον λαῶν conversus dicat, multos esse confido, quibus mecum conveniat, ne illud moneam, quod missas a Proserpina Ulixi feminas audimus, non ultro ab eo ad proponendum delectas esse [36]). Multo libentius in ejus sententiam abirem qui per utramque νεκυίαν aliquod feminarum et judicandarum et comparandarum studium obtinere contenderit, quo Penelopae et Clytemnestrae moribus oppositis Ulixis Agamemnonisque sors per totum carmen

35) Eustat. p. 421.
36) v. Od. XI, 225. 384.

comparata illustretur [37]), quamquam, quae singula continet catalogus, etiam in hunc finem nullo modo omnia conspirant et alia profecto ad reginam mulcendam non apta sunt. Sed videamus de singulis quae haerenti faveant. Primum totus catalogi color ab Homerico paulo diversus esse videtur. Amores delicatius depicti, imaginum immodicus fervor, genealogiae et patriae fere constans ratio habita (unde frequens illud τέκε), epithetorum abundantia animis non motis, res quaedam posteriorum hominum, ut videtur, captui accommodatae [38]). Deinde etiamsi missum faciamus quod, quum multo clariores in Iliade et Odyssea exstent, has potissimum mulieres Ulixes exhibuerit, quae ex parte hoc uno loco occurrunt et dubiae originis sunt (cf. scholiastas ad hoc versus), nec Danaen, Hippodamiam, Anteam, Laodamiam aliasque nominaverit, tamen haud scio an singulare quoddam consilium ei rationi subsit, qua fere certarum quarundam familiarum provinciarumque mulieres collectae inveniuntur quid? Thebanarum reginarum quasi tabula in oculos cadit. Inserta est Herculis gens, cum qua cognatione juncta est Maera, Proeti filia. Ceterae, Tyro, Chlorim, Eriphylen dico, ad Aeoli ex Cretheo stirpem redeunt, ad eandem referenda Iphimedia, ut a Triope atque Canace oriunda, quin etiam Leda conjugis origine ad Perierem et Aeolum adscendit. Ita fere Boeotiam, Pylum atque Mycenam habemus. Athenienses vero feminae adeo a ceteris seclusae sunt, ut etiam ab hac parte confirmetur, quod tum ex Minois epitheto: ὀλοόφρονος, tum ex Herodiani improbatione (v. 324.) et Plutarchi de h. l. v. 632. judicio efficere licet, eas esse adoptivas. Neque minimi faciendum illud est, quod ita quaedam in catalogo fabulae narratae sunt, ut diversam aetatem sapiant. Jam alii monuerunt, quanto atrocius hic Odysseae locus Labdacidarum fatum exhibeat Iliade, quae nobiles istos casus ignorare videatur [39]). Aliud exemplum est in Melampodis (287 sq.) fabula, quae iterum occurrit Od. XV, 228., sed Nelei poena, furiarum impetu, fuga aliisque rebus intermixta, quarum nostro loco ne vestigium quidem ullum deprehendis. Quum vero haec in Homerica poësi lex obtinere videatur, ut quae ad eandem materiem pertineant, eadem ratione iisdemque fere verbis repetantur, non dubito quin posterioris libri narratio, ut vetustissimis moribus annexa nostram in amore tantum occupatam, tempore etiam superet. Fere eodem cogeris, ubi v. 700. de quo jam supra dictum, cum Il. III, 237.

37) Cf. Nitzsch. praef. I. p. LXIII.

38) v. Od. XI, vv. 242. 243. 244. 260. 264. 265. 266. 299. (haec credo correctio est v. Il. III, 237. adjecto illo ζωούς). Ceteroquin secundum Od. IV, 560. major catalogi pars in Elysio esse deberet.

39) v. 271 sqq. cf. Il. XXIII, 679. cf. Nitzsch. praef. l. p. XXVII.

contuleris, Castore atque Polluce istic simpliciter sub terra collocatis, hic vivis atque qui singulis diebus intermissis ex morte ad Deorum honorem redeant, unde etiam heroum quidam cultus, in Homero dubius, emergit. Constat denique quantas jam tragoedias de versibus istis ad Bacchum atque Ariadnam pertinentibus v. 323 et 324. excitaverint viri docti. Dubitare vix licet quin aliqua Dionysiaci cultus fama ad Homerum perlata fuerit, quamvis Graeciam Trojano tempore non jam invaserit nec assequaris, quinam initiati fuerint, ubi ne vetus quidem sapientia et ne poëtae quidem liqueret. Tanto minus fides habenda est narrationi quae Deum illum in veterem tum cujusquam populi historiam illatum habet, quamquam intercedit Voelckeri auctoritas, Herodiani de hoc loco dubia improbantis [40]). Quae quum ita sint, restat ut pauca de nexu videamus. Nonne enim ad suspicandum invitamur, plane novam inferri narrationem, cujus nulla cum antecedentibus ratio sit, si nunc demum ex ipso Ulixe id consilium profectum esse audimus, quod diserte datum erat a Tiresia, mulierum, quas percunctari nollet, gladio arcendarum [41])? Deinde v. 224. illud: *αἱ δὲ γυναῖκες ἤλυθον* tam improviso incidit atque mulierum partes, quasi cognitae essent, ita profitetur, ut non secus persuadere mihi possim, quam adspersos esse ab eodem, qui mulierum catalogum inseruerit, sex illos versus, (36 — 42) in *προέκθεσιν*, ut dicunt, praemissos, qui constanter a veteribus rejiciuntur [42]) et quia narrationis seriem interrumpant maturius illati et quia a reliqua umbrarum descriptione recedant. Quae quamquam negari non possunt, tamen si cum catalogo comparantur, cur inventi fuerint, luce clarius apparet eique ab omni parte respondent; quod vero non male ille cum Ulixis peroratione v. 327. cohaeret, per se plus dubii excitat quam approbationis, quoniam hic totus interlocutionis ordo laborare credendus est. Adde quod fere tritis versibus factus est transgressus, quos saepius repetitos invenimus ut h. l. v. 516. 372. XV, 393 [43]). Ubi autem inferorum descriptio denuo ab Ulixe excipitur v. 374. illud *αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰς* sine damno, quin etiam satius deesset, ut *ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχή*, id quod in ceteris exemplis factum videmus, sine prodosi statim post *ἀγορεῦσαι* v. 370. sequeretur. Quis praeterea non intelligit catalogi poëtam in umbrarum descriptione multo aliud sibi proposuisse, quam qui ceteras intro-

40) Mus. Rhen. 1832. Vol. II.
41) v. 228.
42) v. Eustath. et schol. min. ad v. 37 sqq.
43) Cf. Nitzschium l. c. p. XLVIII. qui ejusmodi repetitiones multis Homeri locis interpolationem indicare dicit atque ad conferendam Iliadem XI, 664 — 762. invitat.

duxerit. Neque enim eorum habitum faciemque exhibet qualem qui Minoem, Orionem ceterosque descripsit neque percunctantes et lamentantes idque dialogica forma, sed facta et gaudia sua enarrantes facit, ita vero enarrantes ut non ipsae audiantur, sed Ulixes quid praedicaverint obliquo, quem dicunt, sermone repetat. Denique etiam in verborum usu quibus quaeque proponatur, diversa quaedam regula observata esse videtur. Quaecunque enim umbrae arctiore vinculo cum Ulixe conjunctae sunt cum eoque confabulantur, ita prodeunt ut dicatur: ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχή [44]), catalogi vero nec non extremarum umbrarum descriptiones ad unam omnes per ἴδον et εἰσενόησα inferuntur, in quo illarum exemplum praeivisse crediderim. Nec in fine hujus expositionis temperare mihi possum, quin fatear, hunc mea quidem sententia feminarum catalogum ad Hesiodeam rationem, nescio quam, formatam esse, qualia ut constat plura in Homero sunt exempla [45]). In qua re, ni fallor, Eustathium etiamsi non consentientem, tamen eum habeo, qui aliquid ejusmodi suspicatus sit, quum ita diceret: ὅτι πάνυ δεξιῶς ὁ ποιητὴς τὴν ραψῳδίαν ταύτην ἡρώων καὶ ἡρωίδων πεποίηκε κατάλογον, Ἡσιόδου μόνων γυναικῶν ποιησαμένου κατάλογον.

Elpenoris fabula v. 51 — 84. Mirum est quod unius socioli sortibus atque animae tantae partes tribuuntur cum ceterorum, quos Ulixes perdidit, nulla mentio fiat. Cujus rei probabilior causa quam Eustathii [46]) in illo tumulo posita esse videtur quem sibi condendum Elpenor petit. Loci enim cujusdam memoria hanc singularem fabulam antiquo carmini ingestam Homeri curae tradidit [47]), qui quum illud οἶδα γὰρ etc. v. 69. contra lib. X. v. 533. adjecit, necessitate quadam coactus erat, ut nexui vero simili consuleret.

Tiresiae anima v. 90 sqq. Quae quum sanguinem hauriat, quo ad resipiscendum opus non habet, multarum umbrarum sine potu facientium comparatione cognoscimus, hanc totam Ulixis immolationem ad cultum quendam mortuorum revocandam esse, quem mutatis deinceps de animarum conditione opinionibus, Homerus ita in usum suum vertit, ut etiam conscientiam earum illuc revocaret.

V. 222 et 223. nullo modo ferendi nec communi duarum νεκυιῶν; quod hic illic emicat, feminarum studio ex Penelopae et Clytemnestrae servata

44) Cf. vv. 51. 84. 90. 386. 466.

45) Cf. Il. XIV, 317 sqq. et interpp. ad h. l.

46) sc. non potuisse eos sepeliri ut a Laestrygonibus interfectos et a cyclope comesos. Cf. Eustath. ad h. v.

47) Ita etiam Herm. mythol. I, pag. 355.

comparatione orto excusandi sunt. Quid vero est illud Eustathii πρὸς ἔνδειξιν δηλαδὴ φιλίας — φέρεται? Fere ridiculum Victorii judicium. Cic. epist. ad Att. IX, 10. Etiam hi versus illusi mihi videntur a catalogi auctore sane φιλογύνῃ.

Πάντων τ' Ἀργείων v. 368. et quae huc pertinent. In his verbis jam Eustathius [48]) haesit quia non omnium Graecorum casus Ulixes narravisset et ea aut παρέλκειν aut ἁπλοϊκῶς posita esse dicit, ut πάντων ἀέθλων πειρηθῶμεν Od. VIII, 100 et 101. In qua non semper elegantissimi episcopi explicatione hoc certe loco aequiescere haud poenitebit, nisi forte de tota Phaeacum interloquutione, mira sane, dubitaveris, nihil enim quidquam invenitur, quo vel mutato loco mutatove nexu illud πάντων referri possit. Alia vero ratio eaque probabilior existit, si ex rhapsodico usu idem irrepsisse ponamus, neque enim dubito, quin quo magis antiqui cantus forma in Ulixis narratione servata sit, eo facilius etiam aliorum heroum fabulae, prout occasio ferret, inseri sint solitae, s. v. infra. Huc accedit quod quibus versibus se morem gesturum esse Alcinoo Ulixes profitetur (v. 379 — 382.) illi utrum ad Trojanos heroes, quos rex rogaverat, an ad Ulixis socios referendi sint, ambigitur, κήδεα vero de eorum apud inferos occursu difficilius intelligatur. Nexus denique cum sequentibus plane nullus est. Offendunt praeterea verba:

κακῆς ἰότητι γυναικός v. 383.

Insolita sane ut in Homero sive Helenae sive Cassandrae descriptio, quam Eustathius quoque miratus est [48]). Hoc etiam vehementius permoveor ut de his versibus dubitem quod versus ipse 381. propter has voces: κήδεα ἑτάρων et μετόπισθεν ad Ulixis socios revocandus vix ita excusari potest, ut narrantis memoria prae ceteris ad ea retorqueatur, quae ad suas ipsius calamitates pertinent. Etenim si in inferis describendis Alcinoi preces versantur, profecto non esse videtur, cur multo posteriora profiteatur atque ea ejusmodi, quae et per se non satis momenti habeant nec alias ab Ulixe prae sua ipsius sorte diserte exhibeantur. Versus autem 382 et 383. qui de sociis comitibus minus intelligi possunt tum propter hoc indicium: κακῆς ἰότητι γυναικός tum propter illam evitatae ad Trojam mortis et insolitam et honestiorem descriptionem, interpolationem etiam vehementius prae se ferunt. Quam quidem ita ortam esse putaverim, ut quis Ulixis propositionem bene ad Alcinoi desiderium atque proximorum versuum argumentum accommodaret. In hanc sententiam etiam relativi pronominis sine particularum nexu et vocis ὄλοντο re-

48) Eustath. pag. 729.

petitio nec non uberior verbi ὑπεξέφυγον compositio ubi locus accuratius non describitur, conspirant.

V. 410 et 438 cum XXIV, 97. propter acerbiorem Clytemnestrae accusationem a Spohnio vehementius impugnati sunt. Sed neque in ceteris locis culpae illa vacua apparet, neque in nostris ipsa ferrum defigit in uxoris pectore; quibus accedit quod illic alii referunt, hic Agamemnonis odium loquitur. Cf. Spohn. de extr. Od. part. p. 48 sqq.

Vers 518 — 521. Etiam hi versus alienam, ni fallor, manum produnt. Quamquam enim in scholiis haud notantur, Homerico tamen ingenio carere videntur. Nam post illam conclusionis formulam πάντας δ' οὐκ ἄν εγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ονομήνω argumentorum vel exemplorum continuata series inveniri non solet. Adde crucem illam interpretum κήτειοι [49]), quod ubi appellative accipitur, plane inauditum est Homero, sin a proprio nomine derivatur, abruptior rei Achilli ignotae commemoratio ab eodem Homero aliena est. Idem cadit in γυναίων εἵνεκα δώρων [49]), quod si ad Helenam refertur vel αὐτόν ad Neoptolemum, etiam magis torpet. Nec denique putaverim Ulixem illum πολύμητιν et in quo esset μορφὴ ἐπέων, ut Alcinous praedicat v. 366., coram Achille, omnium Graecorum pulcherrimo ita dicere voluisse idque ad narrationis finem κεῖνον δὴ κάλλιστον ἴδον, μετὰ Μέμνονα δῖον.

Versus 571 seq. Orionis descriptio cum Hercule (v. 600 seq.) collata miram temporum diversitatem sapit, in illa venator clava instructus, rudissimo omnium instrumento prodit, Hercules, qui a recentioribus eodem telo armari solet, ad vetustissimum certe exemplum facto, sagittis atque arcu utitur [50]). Praeterea exquisitior armorum ars epicae aetatis ornatum indicat, ut hunc, navali heroi oppositum, plane ab Homero refictum, Orionem ex antiquo cantu servatum existimaverim, quod etiam puerili ista et insolita de bestiarum animis in Tartarum missis opinione confirmatur. Eodem conspirant quae supra de animae Herculeae conditione disputata sunt. De Minoe autem autem cum Tantalo, Sisypho atque Tityo postea videbimus.

Versus 579. Quo illud γάρ referendum? Quo minus ad merum manuum usum, sensus prohibet, ad totam poenam, sermo. Solum etiam exemplum est additi cujusque criminis [51]).

---

49) Cf. Eustath. et schol. min. ad h. v.

50) Cf. Mueller Dor. Hercul.

51) Adde quod illud απαμένετο, ut nunc legitur, Barnesii arbitrio debetur, veteribus libris et scholl. ΑΠΕΚΩΕΝ tuentibus. Quod quum Buttmannius in ἀπεκίνεν mutavit, subtiliore arte difficultas non tollitur. Forsan legendum ἀπέχων et inserendum ἔνι vel ἔτι vel ποτέ, in se-

Versus 631 et 632. v. cap. insequens.

Versus 635 et 636. *Γοργείην κεφαλήν.* Jam scholiastes [52]) animadvertit, hoc aptissime delectum esse, ne narrandi fines deficerent, praesertim quum in universum nihil esset, quod terrorem incuteret. Tamen mythologicam fatetur difficultatem, capite Gorgoneo et in Minervae aegide defixo (ut legitur Il. V, 738 sq.) nec ita comparato ut per se ad Ulyssem accederet, atque multa ad servandam fidem proposuit: fuisse illud in scuto tantummodo depictum (quod scilicet parum est Homericum, quamquam ab Aristotele probatum) vel significari *εἴδωλον* ejus vel, si quis error sit, revocandum eum esse ad Ulixis opinionem, vel denique *γοργείην κεφαλήν* nihil indicare quam caput quoddam portentosum, Gorgoni simile cf. schol. Buttm. ad v. 632 et 634. Videtur etiam huic loco, qui arctius cum narrationis tenore cohaeret, antiquae famae, merae fidei adstrictae, nihil subesse, sed poëtae ingenium intulisse quod arti suae faveret, quamvis paulo a communi opinione atque probabilitate recederet.

Si id explicantibus nobis contigit, ut quam diversam operam exhibeat undecima rhapsodia, non delitesceret, plus etiam ad persuadendum veterum grammaticorum dubia et liturae facient. Neque enim ullus nec Iliadis nec Odysseae liber est, qui tot eorum vituperia et *αθετήσεις* expertus sit quam inferorum descriptio [53]), natura sua et interpolationi et variationi prae ceteris obnoxia. Quae quum omnia et omni qua exstant rationum seu brevitate seu prolixitate transscribere vellemus, et consilii et spatii nostri fines ludibrio haberemus: adde quod qua singula explicatius persequeremur cura a proposito longius etiam avocaret quam quo tendimus adduceret. Neque enim tam quid in singulis locis pro diversarum manuum collatione sejungendum, quam quales totius operis partes et unde conflatae sint, dijudicare nostra interest. Acquiescendum igitur erit in brevi eorum versuum designatione, quos scholiastis scriptoribusque notatas rhapsodia nostra exhibeat, ea tamen, qua cur notati sint, ubi rationes appositae permittunt, cur id videantur passi esse, ubi illae desunt, adumbrabimus. Abstinemus vero ab eorum enumeratione, in quibus nonnisi de verbis singulis rebusque disceptatur, sed ita disceptatur, ut ad universam de origine hujus libri quaestionem parum vel nihil inde fructuum percipiatur, quales sunt v. 15 et 16., etiam a Spohnio propter offensionem notati [53]),

---

quenti autem versu pro: *γάρ*: *Λητὼ γ'ανείλκυσε* (*εἵλκυσε* enim vetus lectio est), nisi forte *ἥλκησε* talem epexegesin, allena manu factam, indicat, quae simile quid praegressum esse probet, v. c. *οὐδ'οὐκ ἀπὸ ἄλκες χερσίν.*

52) Schol. Buttm. ad v. 632. Q.

53) Cf. Spohn. de extr. Od. part. p. 53.

a scholiastis vero immensis disquisitionibus adspersi, uti totus de Cimmeriis locus, quibus parum indiguerunt, v. 29 et 48., ubi in v. ἀμενηνὰ κάρηνα praeter modum haeserunt, v. 238, 287, 309, 520 et al. [54]).

Rejiciuntur vero a veteribus, ut dicit Eustathius, primum sex illi versus, quorum jam supra mentio injecta est (38 — 43). Afferuntur causae: vulnera et locus. Quibus addit Ambrosianus Q. mixtionem et quod vulnera in Agamemnone non cernuntur. Quid de his versibus statuendum videatur v. supra. Quomodo interpretes eos expedierint, intelligitur ex Eustathio, cum quo cf. Barnesium, qui Virgilium vel imitatum esse eosdem dicit Georg. I, 4, 475 et Aen. 6, 304.

V. 52. ἀθετεῖ Καλλίστρατος. Buttm. Q. Rejectus esse videtur, quia eadem sententia, eodem γὰρ annexa deinceps sequitur, ut priorem declarandae rationis causa, cur venire et loqui possit E., adjectum putaverint. Porsonus vero in Harlej. omnem versuum complexum 52 — 54. impugnatum dicit, ut qui adversentur nescientis interrogationi: πῶς ἦλθες cet. Sed hoc solum ad iter spectat.

V. 60 et 92. nihil faciunt ad rem et dubitationem codicibus debent. Hunc Barnes. ita defendere studet, ut ad verba v. 91. ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπε eum dicat necessarium.

V. 157 — 159. ἀθετοῦνται τρεῖς. Harlej. Scilicet quia haec mortuorum usitata via non sit. Sed v. quae supra de hac re exposita sunt.

V. 161 et 162. Ἀριστοφάνης ἀθετεῖ. Harl. Forsan quod eos propter navium commemorationem ex superioribus ita exortos putaret, ut cum iis exciderent.

V. 245. Ζηνόδοτος ἀγνοεῖ τὸν στίχον. Harlej. nimirum quod insolitam et descriptionem et rerum rationem exhibeat. Cf. quae supra de feminarum catalogo dicta sunt.

V. 315. 316. improbantur in Schol. Venet. Possunt enim quum Ilias solum de Marte ab Aloidis vincto sciat [55]) illati videri ex cosmogonicis Titanum pugnis, quales Hesiodus [56]) depingit, Othryn tamen pro Pelio et Ossa exhibens mutatione ad rem haud gravi. Sed quum naturae terrores a poëtis demum ad Deorum pugnas translati esse videntur, quidni ad alios etiam Olympiorum adversarios, quam

54) Eustath. ad hos versus.

55) Cf. Il. V, 385.

56) Cf. Hesiod. Theog. 616 — 720.

quos Theogonia habet, ornandos mutuo sumi potuerint, praesertim qui Giganteae gentis essent, et in catalogo, ut videtur, Hesiodeo. Cf. doctissimam de Aloidis disputationem in Seebod. bibl. crit. 1828, 2, quae Voelckero debetur.

V. 325. Herodianus improbat Et. Magn. sub v. *Διόνυσος*. v. supra. Adde totum de feminis Atheniensibus locum. Ut enim de Pisistratica manu suspectum est quidquid *αττικίζει*, ita hi versus demta Ariadnae fabula nomenclatura molestiore, concessa, mythologico dubio laborant.

V. 343. Hunc versum Wolfius uncinis inclusit, codicibus ad dubitandum permotus. Ubi primo occurrit VII, 156. intactus est.

V. 399 — 403. *αθετοῦνται ὑπὲ Ἀριστοφάνους, ὡς ἀπὸ τῶν εἰρησομένων μετενεχθέντες* (ex Porsoni correct.) Harl. Sed quidni potius paene divini versus, qui Homeri mos est, in responso (406 sqq.) ex interrogatione repetiti sint?

V. 435 — 440. *αθετοῦνται παρὰ Ἀριστοφάνει.* Friget sane quum priora Agamemnonis verba (usque ad 433.) commode cum posterioribus (a. v. 441.) cohaereant, exsanguis illa Ulixis interloquutio, quae praeterea ab Helenae descriptione et Pelopidarum veteri fato (*ἐξ ἀρχῆς*) aliquid dubii habet [57].

V. 525. quem Aristarcho cognitum non fuisse dicunt scholia. Sane non optime de equo ligneo auditur et aliquam epexegeseos similitudinem prae se fert.

V. 547. *αθετεῖ Ἀρίσταρχος*, ut qui ex cyclicis depromtus sit. Vindicarunt Homero plurimi, quos etiam Nitzschius sequutus videtur. Quem vide in diss. de Aristotele contra Wolf. pag. 51.

V. 568 — 627. Hos omnes, quum olim solum de Tantalo ex Pindari scholiasta (Ol. I, 97.) constabat, ab Aristarcho condemnatos esse, schol. Harl. docuerunt, quamquam ipsa judicant: *καίτοι οὐκ ὄντες ἀγενεῖς περὶ τὴν φράσιν.* — Vidimus sane eos et sentiendi et fingendi ratione a colloquiorum et catalogi ratione diversos esse, id quod Aristarchum ad *ἀθέτησιν* permovit. Sed quum in hac re fere totius rhapsodiae judicium versetur, ad ea, quae jam compluribus locis diximus, infra plura etiam adjicienda erant, ut nunc id tantum monuisse sufficiat, quod singuli ex hoc versuum complexu in singularem impugnationem inciderunt, inter quos significo 602 et 603., de quibus sicut de toto Hercule quid sentiamus indicavimus; et 604. quem ab Onomacrito fac-

57) Barnesius tres versus etiam minus Homericos ex veteri scholiasta Euripidis, ut qui hoc suo loco excidissent, repositos voluit:

ὥς τε Κλυταιμνήστρη λείπουσ' Ἀγαμέμνονα δῖον
Αἴγισθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρον' ἀκοίτην
ὡς δ' Ἑλένη ἤσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.

tum perhibent schol. Harlej. addentia, ut litem de Hebe virgine eademque Herculis uxore dirimant: *ἐνίοι δὲ οὐ τὴν οἰνοχόον Ἥβην, ἀλλὰ τὴν ἀυτοῦ ἀνδρείαν.* Sed quid ad juventatem pulchri tali (*καλλίσφυρον*)? Non credo hunc versum propter mythi duplicem habitum improbandum esse, quum in omnibus fere Homeri diis distingui possit, ubi altiorem quendam sensum et ubi merum commentum attingunt, ne dicam de Hesiodo idem iisdem fere verbis exhibente, Theog. 950 et 952. Nitzschii sententiam invenis in praeparatione indagandae per Homeri Odysseam interpolationis pag. 43. Ceteroquin mirum est, Eustathium et scholia minora nihil de tam gravi *ἀθετήσει* memorare, mirum etiam, quod Aristarchus quanquam totum rejicit, tamen in singulos quosdam locos commentatus est. Ne vero de his eum secus sensisse opinemur, jam Porsonus monuit. Schol. Buttm. ad 579.

V. 631. Plutarchus Pisistrato tribuit. v. Barnesium ad h. l. cf. supra ad v. 325.

Priusquam ad finem pergamus hoc dignum esse videtur, quod ad reliqua, quae mira sunt, adjiciamus, Polygnotum in lesche Delphica, cum ceteris *νεκυίας* multisque aliis personis etiam Sisyphum et Tantalum pinxisset, quantum certe Pausanias X, c. 28 sqq. memoriae prodidit, Herculis atque Minois umbras oculis non objecisse. Sed ut ex additamentis, quae Homero impertiit, quantum arbitrii sibi permiserit, apparet, ita ex omissionibus dubia augere haud licet. Ceteroquin de Hercule minus miror, ut qui temporis decursu coelo totus fuerit redditus. Minos vero quam commodam arti pictoriae materiem praebuisset, intelligitur. Credendum igitur est iisdem eum rationibus, ex arte petitis, quibus Plutonis et Proserpinae sedem oculis inviderit, ab judicis imagine Polygnotum abstinuisse, fortasse quod nimium actionis ut pro umbrarum tristi domicilio ingereret.

Audiamus vero versus et ipsos tam vehementer accusatos, utrum numero defendere se velint, an non saltem catalogus mulierum Hesiodeam quandam negligentiam [58]) fateatur. Habes enim in vix centum versuum spatio undecim spondaicos (237, 241, 252, 253, 261, 273, 279, 292, 295, 309, 326). Abundat idem caesuris trochaicis, quarum non omnes severiorem Spohnii normam patiuntur [59]), aliquae certo duriores sunt, ut 232, 237, 250, 269, 289. Adde quod 237 — 39. fere ab eodem rhytmo incommode incipiunt et ceteros etiam perlegentis aures Homericam suavitatem passim desiderant, cujus

58) Cf. Spitzner. in dissert. de product. brev. syllab. etc. pag. 230.

59) Cf. Spohn l. c. pag. 233. Pendet sane multum ex primi pedis praeparatione, tamen plurimum rationis videtur habendum esse totius versus, ut universa quam dicunt harmonia exoriatus et rei describendae in sonis similitudo.

rei non sane levissima causa in eo esse videtur, quod vehementiores caesurae et frequentes sunt nec, quibus decet, sententiae ponderibus adjuti. Inter correptiones atque productiones, quarum non exiguus exstat numerus, tantum mirum illud: υἱὸς post brevem syllabam in v. 269. exhibeo. Neque desunt, quae ab dictione minus placeant. Accedit enim propius ad articuli significationem: ἡ δὲ ἑκάστη v. 232. cum singulari numero. Invenitur ἀνάσσειν cum genitivo, quem jam Spohnius rariorem usum notavit [60]), XV, 275. Friget etiam ejusmodi mortis voluntariae similitudo, qualis ἔβη εἰς Ἀΐδαο cum duorum epithetorum ornatu, ubi ἀψαμένη etc. sequitur, item βοάς — αργαλέας v. 288 et 90.; vocis Τυνδαρέου in duobus versibus sese excipientibus iteratio v. 297 et 98., nec non βασίλεια γυναικῶν 257. Obvenit denique non parum versuum vel phrasium ex aliis Homeri locis repositorum, cf. 229, 238, 246, 283, 294, 296, 300, 313, 327.

Etiam in altera umbrarum, quae non ipsa Ulyxis sorte implicatae sunt, descriptione, quamquam pauciora, tamen occurrunt quae a communi et numerorum et verborum defluxu aliquantulum deflectant. Omnino vero si quis tritas aures ad lectionem adtulerit, quanto facilioribus incedant pedibus, non negabit. Quid enim vero sonorum, ex quo luserunt et placuerunt homines Apollinares, tot tantosque ab Longino inde ad nostra tempora applausus excitavit quam molis Sisypheae impudentia adnitenti difficilioris, ad cacumen pervenienti expeditissimae? Tantum tamen abest ut haec et quae eorum similia occurrunt, recentioris aevi accuratae diligentiae adtribuam, ut potius quo longius a natura recederent cum hominibus poëtae, eo minus eam assequutos esse arte, quo acrius studerent, eo rarius potuisse eos arbitrarer. Unde enim in simplicissima Scyllae descriptione incredibilis illa marini horroris similitudo [61])? Unde ne ullum quidem exquisitioris orationis in Sisypheis versibus vestigium? Quidni igitur si quae singulae asperitates intercedunt, eodem eas jure ad pristinam quandam ruditatem, quam ad recentem negligentiam revocemus? Quanquam qui insunt spondaici (600 et 604.) quum ad Herculem spectant, si quid recte vidi, ut tota Herculis descriptio et cum Ulysse comparatio totius carminis auctori non derogandi sunt. Caesura trochaica post meros dactylos plurimum ad aquae rapiditatem depingendam valet, (v. 585.) plus etiam ad lapidis (597), in ceteris ita cum aliis incisionibus

60) Cf. l. l. pag. 202.

61) Cf. Od. XII, 235.

commixta est, ut nihil incommodi habeat. Nam 600 pausa post τὸν δὲ μετ' facta ita ejus impetus frangitur, ut finis spondaicus minus displiceat quam 238 et 279. Abest caesura ordinaria et cessit ἑφθημιμερεῖ in vv. 581, 592, 594., quorum priores a praepositione excusantur, posterior, qui Sisyphi laboriosum conatum exprimit, plus venustatis quam offensionis habeat. Si probabimus, quod Hermannus speciosissima conjectura assequutus est [62]), in Nestoris jactabunda narratione, in quam Il. XI, 655 sqq. deflectit, veterioris ruditatis specimen exstare, plurimis neglectae caesurae, spondaici exitus, trochaicae quae est minus commoda, incisionis exemplis edocebimur, quantum non ab antiquo cantu, qualis ante Homerum fuisse putandus videatur discrepet, si quid istiusmodi asperitate laboraverit, dummodo reliqua non abhorreant. Haud scio an etiam quod in verbis insoliti cognoscitur, antiquitatis potius quam recentioris aevi arguat. Huc referendum v. 574 ἔχων, ubi ἔχοντα exspectares, v. 583 στεῦτο [63]), obsoleta forma, nam quod quis in v. 608 et 609. notaret, ἀμφὶ περὶ — ἦν et mira constructio v. 612 sq. sicut totus Herculis ornatus alienam manum manifestat, ut vel integer versus Hesiodi imitatione irrepserit (v. 611.) [64]). Denique illud addo, in quo aliquid momenti inesse crediderim, quod in temporibus, Tantalo Sisyphoque adhibitis simillima similium, quas apologus quem dicunt, habet [65]), descriptionum ratio occurrit, ut quod status est continui, imperfecto exhibeatur, quod actionis arbitrariae, aoristo cum augmento iterativo (σκ).

Omitto nunc a critico judicio interloquutionem illam, de qua ut plurima supra allata sunt, ita plura adjicienda erunt, ubi universum argumentum recolemus. Sunt praeterea, quae offendunt, in rebus posita, nec in verborum versuumque specie, nisi quod ad eas redeat, impugnari potest. Apparet vero, si oculos in ea rejecerimus, quae hactenus disputata sunt, non modo arbitrium interpolatorum in singulis insigniter grassatum esse, sed e quatuor quibusdam partibus, sibi quodammodo alienis totam quam dicunt νεκυίαν conflatam esse, quae sunt Tiresiae vaticinantis cum Elpenoris, Anticleae, Agamemnonis, Achillis et Ajacis descriptione, catalogi mulierum, poenis laborantium cum Minoe et Hercule, denique interloquutionis. Inter has primae

---

62) Hermann. de interp. Hom. pag. 22. med.

63) Cf. Eustath. ad h. v.

64) Cf. Hesiod. Theog. 228.

65) Cf. maxime Scyllae descriptionem P. XII, 235 sqq. in qua ipsa verba: ὑπένερθε δὲ γαῖα φύνεσκε ad nostrum locum alludunt.

quas exhibui arctissime omnium cum tota fabula conjunctae sunt. Etenim Tiresiae sapientia vagatum ad inferos devocante, Elpenor ad errores, Anticlea ad familiam, heroes ad contubernium Trojanum redeunt. Eandem partem ex ejus ingenio prodiisse qui universum carmen condiderit, cum nexus tum descriptionis diligentia persuadet. Tum nexu tamen, ut qui non sit necessarius, tum tota inferorum insolentia poëtam veterem cantum sequutum esse edocemur. Qui cantus quamquam colloquiorum arte sublatus est, tamen in vaticinio a Tiresia edito suppetit, forsan cum Od. IV, 561. comparandus. Demonstratum etiam est, feminarum catalogum recentiori deberi curae, quamquam eam ante cyclicorum aetatem extitisse ex Pausaniae significatione, a Nitzschio nuper ingeniosissime enucleata, sequitur [66]), multo vero plus difficultatis habet disputatio de extremo umbrarum numero, Minoe, Orione, Tityo, Tantalo, Sisypho et Hercule. Sejungo primum Herculem, ut jam supra dixi, cujus descriptio non modo politiorem aetatem olet, quam reliquorum, sed etiam cum toto consilio, si quis paene divinam Herculis et Ulixis comparationem agnoverit, tum dialogicis, quas agit, partibus ejus esse cognoscitur qui totos inferos cantavit. Dubium tamen est, utrum tota inventa, an non potius aliud ex veteri cantu allatum, unde mira caeli et orci compositio, aliud recentiori luxurie insertum sit. De toto autem loco sententiam non mutabo, dum pulcherrima quaeque, ubi rerum quaedam novitas, non tamen inexplicabilis, offenderit, in grammaticorum gratiam Homero deroganda esse edoctus fuerim. Longe alia ratio est reliquorum, judicis cum venatore et tribus sceleratis, in quibus plura ita conspirant, ut eos cum tota ejus νεκυίᾳ ex poëtae opera profectos esse non patiantur. Sunt enim certo, ut supra evincere studuimus, ad communem inferorum formam, non Odysseae, comparata. Nihil praeterea laboris conspicuum est, quo veri quadam similitate Ulixi in littore constituto admoveantur, ut ceterae umbrarum turbae. Accedit diversa umbrarum conditio, quae multo minus exsuanges, ut talia moliantur, cogitari debeant; accedit etiam supposita quaedam et secreta sapientia, judiciorum poenarumque fons, non minus in reliqua descriptione desiderata. Adjicitur denique quasi cumulus Aristarchi damnatio. Quae omnia quanto minus Homeri inventioni relinquunt spatii, tanto plus difficultatis ei quaestioni faciunt, utrum recentioris originis ista putanda sint, an ex antiquo cantu suppeditaverint. Et video quidem illud a plerisque ita contendi [67]), ut fere nihil dubii habere videatur, in quo tamen vereor ne Anastarchi ἀθετήσει

66) Cf. Nitzsch. de Arist. contra Wolf. pag. 40 sqq. Paus. X, 28. 30.
67) Cf. Nitzsch. praef. Od. expl. pag. L.

minium tribuatur? Quid enim ille in judicando sequi consueverit satis a Wolfio [68]) edocti sumus. Neque dubium est, si facetas scholiastarum ad hos versus disputationes auscultamus, quin locorum sive scenae, ut ita dicam, minus congrua ratio et personarum diversus a ceteris habitus plurimum ad improbationem valuerit. Quid vero, si eam opinionem ad judicandum attulerimus, quam de antiquo cantu et alio in eodem inferorum situ, alio in Homero explicavi? Quid, si non modo potuisse fieri, quod sane mirum est, sed etiam debuisse apparebit? Nam quomodo illud ἔτι προτέρους v. 631., quod tamen cum totius libri exitu necesssasio cohaeret, intelligi posset, nisi praeter Ulixis commilitones antiquiores quidam homines ante commemorati essent? Ad quae ex fabula atque ex arte ipsa adjecerim, quod nec omnino commodum nec Homericum fuisset, ita inferos relinquere, ut nihil de ceteris eorum incolis et de communi fama diceretur, sed in tanta celebritate omnia ad narratoris quoddam cum familiaribus et vate colloquium satis jejune referrentur. Etiamsi enim plurimum ad Ulixem in Orcum adlegandum Italica necromantia fecerit, tamen ubi per antiquum cantum in Homeri fabulosos ludos abierat iisque inferos inmiscuerat, pro illorum legibus hos tractatos esse, quis dubitet? Quanto minus vero ex origine sua communem orci descriptionem attulerint, tanto veri est similius, eos ex aliis poëmatis, ne quid necessarii desideraretur, fabularum celeberrimis ornatos esse. Quas quidem etiamsi ceteris intexere et ad unam quandam formam redigere poëta voluisset, ne potuisset quidem tum propter originis et loci diversitatem, tum propter fabulae et antiquitatis sanctitatem. Sin vero in rebus nihil mutatum est, cur in verbis putaremus, quae diversitatis illius certissima indicia sunt. At quotusquisque vetustiorem quam recentiorem aetatem in Minois, Tityi, Tantali, Sisyphique fabulis agnoscere maluerit? Quod primum ad hos attinet, negari non potest, per reliquas Odysseae et Iliadis partes perjurium ex omnibus criminibus humanis ita exhiberi, ut a furiis apud inferos puniatur. H. III, 279. XIX, 258, 259. Sed hoc philosophicum potius est quam certis personarum partibus ad veritatis speciem descriptum, unde nullum ejus rei in Odysseae νεκυίᾳ vestigium. At sequitur tamen, ceteris facinoribus, ut quae minus nefaria essent pro aevi ruditate, infernas poenas non fuisse propositas, nedum ita propositas, ut fit lapidum et epularum invidia. Sed aliud est omnino referre aliquid ad numina punientia, aliud imaginum veritate oculis quasi infigere. Neque video

68) Cf. Wolf. prol. p. CCXXXII sqq.

cur hoc non absque furiis, minimi refert utrum anguibus an lapidibus fieri debuisset, ubi illae in investigando terrestri crimine occupatae essent. Quid? quod in Tantaleo supplicio etiam δαίμων qui poenas quasi sumat innuatur. Ceteroquin sive scelerati nostri ad perjuros referendi sint, sive propius saltem ad eam culpam et gravissima omnino ejus temporis scelera accedant: ut scholiastarum animadversionibus confirmatur, ita sequitur ex poenae a crimine discrepantia, totam Tantali Sisyphique fabulam ab initio non inferorum sed terrae [69]) esse et allegoricam inventionem prae se ferre, ut fere avaritia et vanus labor lateat [70]). Quid vero? Quum in utriusque historia, qualem inde ab Homerica aetate habemus, nihil earum rerum deprehenditur, quae avaritiae et laboris vani vituperia in eos contulerint, quum potius scelera eorum, de quibus ambigitur, magnam partem ex hac Homerica castigatione profecta esse videantur, ut etiam similia, qualis Danaidum, ad ejus instar refingebantur, quum denique nullo alio tempore, quam ubi memoria adhuc vigeret eorum vitiorum quorum allegorica similitudo in Homeri inferis offertur, quin absonum videretur, ad hos ipsos tradi potuisset: in ea magis magisque confirmor sententia, qua partes nostras etiam Homero antiquiores et veteribus carminibus ei traditas fuisse putem, sed ita traditas, ut potius malorum hominum in malam partem ultra mortem porrectam memoriam, cui ab altera oppositum est elysium, quam talem poenam significarent, qualem posteriores Graeci inferis tribuere solebant. Praeterea cum iis non consentio, qui quo magis orci incolae ab umbratili conditione ad humanam transeant, eo certiora sibi indicia recentioris licentiae invenire videantur. Nam cum rudissimis quisque ad ea maxime proclivis est, quae sensus non superant, tum perjurorum ex furiarum persecutione poenis aliquam corpoream naturam obversatam esse animis intelligitur, cui illae infligerentur. Et his quidem cum Tantalo et Sisypho concessis, quidni pariter de Tityo et Orione statuamus, quamvis ille ad recentiorum inferorum supplicia, hic ad Herculis habitum propius accedat. Verum si Homeri aetas ex allegoricis, quas dixi, fabulis jam meras poenas scelere subjecto fecerat, eodem loco et Tityum habere poterat, qui

---

69) Hujus rei forsan etiam nubes indicium exhibent v. 591., nisi communis formula est, qualis VIII, 374.

70) Cf. inprimis Eustath. p. 459 sqq. Paus. X, 30. Hermann mythol. pag. 245. Heyne ad Virg. Aen. lib. VI. v. 608 — 614. Muret. schol. in Tibull. p. 882., ubi qualis Tantali fabula in lyricorum et tragicorum manus devenerit, qualis apud Platonem et Ciceronem exstet, quam diverse denique intellecta et explicata sit, invenies.

praeterea Titanum sorti non dissimilis videretur; Orionis vero antiquitus cantati jam ornatus, quem supra cum Herculis contulimus, simplicitas atque vetustas fidem facit. Eadem fere ratio Minois est, eo quidem a recentiori opinione admodum diversi, quod non pro sua quemque sive honestate sive malignitate mortuos dijudicare, sed lites quasdam inter eos ortas componere credendus est, quae rudissima opinio eodem fere redit, quo ceteras fabulas intelleximus, iisdem post mortem homines uti consuetudinibus quibus viventes indulserint. Quin consuetudinis modus is servatur, ut elegantissime observavit Heynius [71]), qui Homericae aetati plurimum, plus etiam superiori conveniat, quo reges inter populos judicia exercuerint. Quodsi honos quidam et quodammodo necessitas, ne sine judice esset mortuorum civitas, in hoc Minois est officio, mirari desinemus, cur non cum Rhadamantho et aliis Deorum amicis in Elysium pervenerit, nisi forte hoc totum Homericae aetatis est [72]). Non video tamen, quomodo Eustathius efficere potuerit, Tityo, Tantalo, Sisypho suam cuique poenam Minois decreto infliotam esse, Orione praesertim interposito. Nullus potius in his fabulis ordo, nullumque vinculum apparet, ut ad eam sententiam inclinem, plures ex antiquo cantu suppetiisse, quarum alias alii rhapsodi canentes intersererent, nostrae vero sive propter gravitatem singulariaque studia sive propter pulcritudinem constantius servarentur.

Non ita facile conjectura augurari licet, quomodo, cujus origo non minus suspecta est, Ulixis cum Phaeacibus colloquium νεκυΐα interpositum, illatum sit. Quod quam parum suo loco ferri possit, supra uberius exposuimus ut hoc loco damnatione repetenda supersedeamus. Nunc cur immissum sit, quod ibi in medio reliquimus, quaerendum est. Atqui quum nullus alius finis ex re ipsa appareat, ad temporis rationem, ut fecit Nitzschius [73]), revocari debet. Erant enim, qui timerent, ne tanta narrationis copia unius noctis spatio comprehensa ab eo quod fieri potuisset longius recederet, praesertim quum post solis occasum lautum, coenatum et cantatum sit a Demodoco, antequam Ulixes ordiretur. Et ne Nitzschii quidem conjectura, qui prandio vix capto post primas lacrymas Ulixem nomen suum atque sortes prodidisse et totam certaminum descriptionem interpolatam esse censet [73]), hanc difficultatem tolli

71) Excurs XI ad Virg. Aen. lib. VI. pag. 805. Narratur etiam h. l. quomodo infernorum judicum opinio post Homeri aetatem sensim exculta et amplificata sit.

72) Cf. Od. IV, 563. cf. Hermann mythol. pag. 297. 298.

73) Cf. Nitzsch. praef. Od. expl. pag. XLIX.

existimaverim; ne dicam de certaminum, mirorum sane ex parte, sed ubi plurima sunt mira, ea ad rei pulchritudinem necessitate, qua Phaeacum episodium, qualecunque fuerit, plus sine illis otiosi haberet, quam desideraveris; minus vero Ulixis revelatio auctoritatis [74]. Credo vero, si apologum ad temporis normam redigere voluisset, poëtam plane diversum totius rei consilium iniisse, ut ne simili in libro XV, 301. 392. 394. mentione facta se ipse veritatis specie fraudaret. Cur vero noluit, qui optima quaeque vellet? Quia non sui juris esset, sed antiqui cantus dispensator quidam, quem quantumvis ex suo ingenio ornatus passim adspergeret, divulsum suis subjicere commentis nefas habuit. Sed ne his quidem concessis satis manifestum est, cur intercapedo illa, de qua loquimur, ea potissimum et hoc loco contineat, quab legimus: tametsi locus quidem inde aliquid commodi habere videatur, quod propter Trojanos heroes Alcinoo promptiorem interrogandi copiam suppeditaret. Sed quid Areta de hospitis certaminibus et nomine jam probati figura, de suo hospitio, donisque, quae jam collata essent, non circumscribendis dicit? Quid Alcinous eundem, qui jam ad mediam noctem commoratus sit et de dormiendo in palatio significaverit, ut ad sequentem diem maneat, hortatur? Quid eum post talem demum invitationem de fiducia sua in ejus narratione collocata certiorem facit? Quid denique de omnium Graecorum fatis balucinatur, ubi ne Ulixis quidem narrando absoluta sunt? Itaque eam hoc loco agnoscamus interpolationem, qua, quibus constat, versus ex pluribus Homeri ipsius, Phaeaces canentis, partibus collati sint. Nec forsan plane absonum erit, si majorem partem (335 — 360) post libri VIII, v. 422., adlegaverimus, ita quidem, ut illud *Ἰθάκηνδε* v. 360. mutatum ex *εἰς πατρίδ'* vel simili quo putemus, v. 361 — 368. autem post XIII, 3., ubi etiam *πάντων δ' Ἀργείων*, nisi forte rhapsodis debetur, ad colloquia cum heroibus Trojanis

74) Aliud etiam argumentum cur sane vetustissima esse videantur, Nitzschius ex Pausania III, 18, 7. attulit. Cf. l. c. XLVIII. Ipse summo suo acumine quam commode Od. VIII, 94. cum 486., certaminibus omissis, conjugi queat, probare studet. Opponi tamen posset, jam in superioribus praeparationem quandam ad certamina inveniri VIII. ab 18 inde versu; quum *ἀοιδοὶ* fere coena finita canant, Demodoco non bene post primum cantum carnes cum laude donari potuisse, sed melius ad secundae coenae initium; v. 491. significari, etiam secundo cantu (cf. 87 — 91.) Demodocum Trojana bella deinceps dixisse, ut fere ad equum ligneum pervenerit, quare *μετάβηθι* (v. 492.) exspectantis sit, eum etiam ad finem transgressurum esse, non denique satis in more esse illius temporis, solidum diem poculis assidentes cantu et narratione consumere.

apud inferos referri posset, cetera vero omnia, ut quae ex parte versibus iterum obviis composita sint, ab interpolatore inculcata conspeximus. Quae quum ita sint, quod ab initio significavimus, nunc confidentius repetere licebit, cum in tota Odyssea, tum in undecima rhapsodia luculenta quaedam antiqui cantus specimina exstare. Deleri enim videtur Homeri compositioni praeter adventum, stera et reditum, quidquid sermonum apud inferos habetur, Hercule non excluso, recepti esse ab eo ipso ex veteri epopoea qui versus ab 565 ad 631. usque sequuntur. Influxit haud sane multo post ex Hesiodeo fonte mulierum catalogus, conflatus est ex versibus Homericis Ulixis cum Phaeacibus interloquutio, irrepsit praeterea singulorum versuum magna copia, partim ex doctrina, partim ex studio profectorum, quamquam aliorum, qui displicuerunt Aristarcho, nostra opinione gratia restituitur [75]). In quibus nisi prorsus a vero aberravimus, novis ad eorum judicium argumentis revocamur, qui constantem Homeri, quisquis fuit, per totum carmen operam mirifice conspicuam esse statuunt, hanc tamen ita circumscribimus, ut quod veteri cantui jam subjectum fuerit, ibi potissimum variatum commutaret, ubi descriptio in colloquia et ornatum vergeret, cetera servaret. Nam etiam Hermannus miratus est, quam fere obiter alia in Ulixis erroribus, quae antiquissima pars putanda est, significentur, alia quam diligenter explicata obveniant [76]). Ne quis tamen in eam opinionem animum inducat, quod in libro XI. alienae operae frequentissima sint vestigia, severius de ceterorum compositione judicandum esse. Non enim consuetudo, sed opportunitas, ut in singulorum mythorum complexu, episodii instar in episodium inserto, interpolatores fecit, quos rerum nexus et facilitas multo plus a reliquo apologo, poëtae ingenuitas ab Ithacensi scena prorsus fere arcuit. Neque vero etiam

---

75) Vide supra versuum addubitatorum recensum et judicia. Sequitur, si catalogum et interlocutionem tuemur, servandos esse hos vv. 36 — 43., ut qui ex catalogo pendeant; 156 — 158.; 223 et 224. huc etiam referendos; 244; 327 — 333. cum interlocutione confictos, item 369 — 383; 399 — 403; 601 — 603. Dubitandum vero de vv. 320 — 324; 435 — 439; 518 — 521; 524; 579 et 580; 608 — 613; 632.

76) Cf. Herm. de interp. Hom. p. 6. Cf. Nitzsch. praef. Od. expl. Tom. II. pag. XLVII. Ut in dramatica forma plus artis inest quam in ea, quae simpliciter enarrat, eademque huic antegressa videtur, ita Polyphemum, Circen et inferos, ut qui colloquiis maxime perpoliti sint, Homero plurimum debere crediderim. Quam tamen artem experti sunt, si aliorum auctorum esset quam qui totum carmen composuerit, difficile foret intellectu, quidni ceterae partes, ne Calypso quidem novem annorum socia, similes fautores in summo Homeri cultu invenerint. Hic autem ea insigniebat, quae aut ad universam Ulyssis sortem gravissima essent aut sine colloquio jejuna fuissent. Utriusque rationis plurimum in iis partibus est, quas exhibui.

tanto uberiores criticis perceptum iri fructus speramus licet, quanto accuratius artes Homericae quasi fabricam perlustraverimus. Edictum enim est a spectatissimis judicibus, quidquid sagacitatis diligentiaeque in carmina Homerica collatum fuerit, quantum non futurum sit post Aristarchi operam, ut ad primam atque integram eorum formam redeamus. Quare satis habeamus id maxime cum summo viro admirari, ut est maximum, quod Maeonium habemus 77).

36.) Heeren in libro: Ideen über Polit. Verk. u. s. w. pag. 170.

Corrigenda.

Pag. 1. lin. 5 ab inf. leg. fervore pro ferore.
— 4. — 8 ab inf. leg. ante eam pro post eam.
— 6. — 1 leg. et pro ex.
— 8. — 15 a pr. leg. Tiresiae pro Teres.
— 11. — 10 a pr. leg. ad hos versus pro ad hoc versus.
— 13. — 17 a pr. leg. ποιησαμένου pro πυνθανόμενον.

Schul-Nachrichten vom Jahr 1832

mit deren Bekanntmachung zu der bevorstehenden öffentlichen Prüfung und dem Rede-Actus gehorsamst einladet

Aug. Grotefend,
Director.

I.

Veränderungen im Schulgebäude und in Hinsicht der Lehrmittel.

Die im vorigen Jahre angefangenen Verbesserungen im Innern des Schulgebäudes wurden in dem jetzt verflossenen Schuljahre beendigt. Sämmtliche Lehrzimmer sind in den der Anstalt würdigen Stand gesetzt; an die Stelle der alten baufälligen Treppe ist eine neue getreten; die freilich noch sehr unbedeutende Schulbibliothek hat in der Wohnung eines der Lehrer einen angemesseneren Raum gefunden, wogegen das bisherige Bibliothekslocal in zwei Strafzimmer verwandelt ist. Für diese heilsamen Veränderungen gebührt der Liberalität der vorgesetzten Behörde der aufrichtigste Dank.

Zur Erweiterung der Schulbibliothek ist leider! bis jetzt noch kein Fonds ausgemittelt worden, so wie auch der Mangel eines physicalischen Apparats für diesen Zweig des Unterrichts sehr fühlbar ist.

II.

Veränderungen im Lehrplan und den disciplinarischen Einrichtungen.

Der im letzten Programm bekannt gemachte Lehrplan ist durchaus unverändert geblieben. Auch in Hinsicht der disciplinarischen Einrichtungen ist keine wesentliche Veränderung eingetreten; nur jedoch in den unteren Classen körperliche Züchtigungen möglichst entbehrlich zu machen und zugleich dem Herunterſetzen als Strafe mehr Nach-

druck zu geben, ist von der Conferenz beliebt worden, eine monatliche Versetzung in den bezeichneten Classen bis incl. Tertia eintreten zu lassen, welche sich hauptsächlich nach dem Fleiß und dem Betragen richten. Auch soll, wie es bisher schon einige Male geschehen ist, wenn ein Schüler die Unzufriedenheit der Lehrer in hohem Grade sich zugezogen hat, die Angehörigen desselben davon schriftlich in Kenntniß gesetzt werden, wobei die Lehrer voraussetzen, daß eine solche Notiz in jedem Falle eine ernstliche Bestrafung des Schülers zur Folge haben werde. Eine unzeitige Nachsicht in solchen Fällen würde leicht späterhin die gänzliche Verweisung des Schülers von der Schule nach sich ziehen können.

III.
Veränderungen im Lehrerpersonal.

Ein Lehrerwechsel ist in dem verflossenen Jahre nicht eingetreten; jedoch hat mit Genehmigung des Königlichen Ober-Schul-Collegii Herr Candidat Gleren nach Weihnachten einige Stunden in Tertia übernommen und wird nach Ostern noch in einige andere Stunden eintreten. Dank sei der gütigen Vorsehung, welche Gesundheit und Leben der Lehrer im verflossenen Jahre gnädig beschützt hat, so daß keiner derselben auf längere Zeit genöthigt wurde, seine Thätigkeit für die Schule zu unterbrechen!

IV.
Zu- und Abnahme der Schülerzahl.

Im Laufe des verflossenen Jahrs von Ostern 1832 bis 1833 wurden in das Gymnasium aufgenommen: 1 Primaner, 11 Secundaner, 9 Tertianer, 8 Quartaner, 15 Quintaner, 17 Sextaner; — zusammen 61 Schüler.

Dagegen verließen das Gymnasium: 10 Primaner, 4 Secundaner, 13 Tertianer, 16 Quartaner, 9 Quintaner, 3 Sextaner; — zusammen 55 Schüler.

Von diesen bezogen die Universität:

1. Ostern 1832: Mit dem Zeugniß der 1ten Classe: Rudolph Frommie aus Hardegsen, mit Auszeichnung; Louis Koch aus Göttingen; Fritz Paulli aus Rit-

marshausen. — Mit dem Zeugniß 3ter Classe: August Lockemann aus Benniehausen.

2. Michaelis 1832: Mit dem Zeugniß 1ster Classe: Carl Volckmar aus Göttingen. — Mit dem Zeugniß 2ter Classe: Carl Schüddekopf aus Göttingen, mit Auszeichnung; Philipp Herbst aus Göttingen; Fritz Deneke aus Adelebsen; Franz Kritter aus Catlenburg.

Der Bestand der Classen blieb bis Ostern 1833 folgender:

Prima	31
Secunda	31
Tertia	33
Quarta	38
Quinta	56
Sexta	19
Summa	208

Gegen voriges Jahr mehr 6 Schüler.

Der Tertianer Strube verließ die Schule als undankbarer Schüler, ohne von den Lehrern Abschied zu nehmen.

V.

Anordnung der öffentlichen Prüfung und des Rede-Actus.

Montag den 1sten April von 8 — 12 Prima und Secunda.

8 — 9 I. Religion und Griechisch — Dir. Grotefend.
9 — 10 I. u. II. Literatur und Geschichte — Rector Schrickel.
10 — 11 II. Lateinisch und Griechisch — Conr. Dr. Geffers.
11 — 11½ I. Französisch — Conr. Herrmann.
11½ — 12 I. Mathematik und Physik — Dr. Focke.

Nachmittags von 2 — 5 Secunda und Tertia.

2 — 2½ II. Mathematik — Dr. Focke.
2½ — 3½ III. Lateinisch und Griechisch — Conr. Herrmann.
3½ — 4 III. Französisch — Dir. Grotefend.
4 — 4½ III. Geschichte — Pastor Miebe.
4½ — 5 III. Religion — derselbe.

Dienstag den 2ten April 8—12 Quarta und Quinta.

8 — 9 IV. u. V. Religion und Geschichte — Pastor Miede.
9 —10 IV. u. V. Lateinisch — Cantor Böttcher.
10 —10½ IV. u. V. Deutsche Grammatik — Collab. Niederstadt.
10½—11 IV. u. V. Geographie — Dr. Berger, Collab. Niederstadt.
11 —12 IV. u. V. Rechnen — Dr. Herbst.

Nachmittags von 2—4 Sexta.

2 — 3 Religion und Rechnen — Dr. Herbst.
3 — 3½ Naturgeschichte und Geographie — Dr. Herbst, Collab. Niederstadt.
3½— 4 Lateinisch — Cantor Böttcher.
4 — 5 Recensus aller Classen und Versetzung.

Mittwoch den 3ten April von 9—12 Rede-Actus.

1. Der Primaner Carl Nöldeke eröffnet den Actus mit einer von ihm selbst ausgearbeiteten Abhandlung in französischer Sprache: La mort de Gustave Adolphe.

Hierauf declamiren:

2. Der Primaner Wilhelm Planck: Kaiser Albrechts Hund, von Collin.
3. Der Tertianer Ferdinand Grosse: Der Magre und der Fette, von Castelli.
4. Der Primaner Robert Meißner: Die Hand, von Schier.
5. Der Secundaner Otto Gräve: Die Landschaft im Gewitter, von Richard Roos.
6. Der Primaner Georg Ulrici: Der Kynast, von Th. Körner.
7. Der Secundaner August Voigt: Mucius Scävola, von Hahn.
8. Der Primaner Ernst Beckmann: die Buckligen, von Nicolai.
9. Der Secundaner August Bock: die Roßdecke, von Langbein.
10. Der Tertianer Ferdinand Gräßel: Die unüberwindliche Flotte, von Schiller.
11. Der Primaner Arnold Leist: Der Frühling, Ode von Klopstock.
12. Zum Beschluß wird der bisherige Primus Kuno Kranold eine von ihm ausgearbeitete lateinische Rede über den Ausspruch des Seneca: Roma vincetur, dum partibus carpitur vortragen und damit auch im Namen der übrigen Abiturienten von der Schule Abschied nehmen.
13. Abschiedswort des Directors an die Abgehenden.

Wiederanfang der Lectionen den 22sten April.

---

dia comm
005685413
781